[1]

Sacratior Gratiarum trias sive S. Joannes Nepomucenus in basilica Lateranensi D. Joanni Baptistae et Evangelistae sacra gratioso litigio Sanctorum fastis adscriptus

Scenice celebratus a Perillustri, Nobili, Praenobili ac Ingenua juventute mediae classis grammaticae
Oppolii anno 1729, die ..., mense ...

Fundamentum

Veterana consvetudo supremos canonizandorum applausus Vaticanae D. Petri a seculis adscribebat. Aliud sibi arrogare visa est S. Joannis Nepomuceni apotheosis, quae oraculo pontificio (veluti consvetudine major) Laterano adjudicata ibique solenniter habita est. Ita fere nova de canonizatione,[a] reliqua poësis.

Praeludium

In ectypo, gloriosae apotheosi destinato, Consvetudo Joannem Petrinum effingit et ita Vaticanae defert. Sed Lis Moldavae suffragio gratiosum probat, et pro Lateranis Gratiis ut debitum sacratioris numeri complementum eripiendum censens, repressa Consvetudine justam Gratiarum sedem exhibet.

Actus I.

Scena I.

Innocentia, Taciturnitas et Amor patriae Bohemiam ferventioribus stimulis incitant, ut Joanneum ectypon pro imminente solennitate ad Vaticanam deferat.

Scena II.

Simultas, Invidia, Detractio et Arrogantia, futura apotheosi excruciatae, technas cogitant, ut vel moram injiciant.

Scena III.

Discussis adversantium dolis properat Bohemia cum asseclis efformatum authore Zelo iconismum Vaticanae pro more praesentare.

---

[a] Rozhodnutí komise kardinálů o kanonizaci Jana Nepomuckého z 15. 2. schválil papež následujícího dne. Cf. *Decretum Pragensis canonizationis B. Joannis Nepomuceni, Canonici ecclesiae metropolitanae Pragae*. NA ČR, APA I, sign. C 143/6, kart. 2234.

[2] **Chorus**

Properantem Consvetudinem praeter alia remorantur Gratiae.

Actus II.

Scena I.

Fama praetensionis ignara Lateranae obviat fidenterque aperit, quid de Joannea apotheosi moliatur Bohemia, sed mox ut juris alieni rea repellitur.

Scena II.

Simultas cum corrivalibus delusas fraudes cumulatis fraudibus ulcisci parat.

Scena III.

Interim Bohemiae concepta vota maturanti ex improviso venit in occursum Laterana cum gratiosis Protectoribus, et asserta pro se negotii summa, casso conatu Consvetudinem occinentem ad Litem provocat.

Scena IV.

Clientelaris cohors ad Vaticanam properat, munera pro Joannea solennitate datura, sed intellecta lite moesta revertitur.

Chorus

Vaticana in Petro lachrimis innatat, ereptam sibi Gratiam deplorans.

Actus III.

Scena I.

Detractio falso rumore ex Simultate intelligit actum esse de Joannea apotheosi, cujus ergo genialem diem instituit.

Scena II.

Laterana vero secundum votorum successum gaudens Gratiis promulgat litemque calculo Pontificio sibi acciduam asserit.

Scena III.

Unde decretum valvis publicandum imperat, quod inimicos in furorem, Vaticanam in lachrimas agit.

Scena IV.

Tandem Bohemia cum suo comitatu Joannis ectypon Laterano defert, quod ejusdem Protectores gratulabundi festivos inter sonos acceptant.

Epilogus

Detriumphata Consvetudine Joanneum ectypon ut debitum Gratiarum complementum triumphali pompa Gratiae inter se constituunt, Lite triumphum accinente.

O. A. M. D. G.



SANCTISSIMI
IN CHRISTO PATRIS
ET
DOMINI NOSTRI
BENEDICTI XIII.
PONT. MAX.
CONSTITUTIO,
QUA BEATUS
JOANNES
NEPOMUCENUS,
PRESBYTER,
Et Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis in Regno Bohemiæ
CANONICUS,
Sanctorum Christi Martyrum canoni adscribitur.

ROMÆ M.DCC.XXIX.

Ex Typographia Rever. Cameræ Apostolicæ.
Reimpressum Vetero-Pragæ, in Aula Regia, apud Mathiam Adamum Höger, Archi-Episcopalem Typographum.

Titulní list kanonizační buly *Christus Dominus.*